



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 36. Simulata pacis propositio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

relinquere, ut, si induciæ inter utrumque Regem factæ rumperentur, quod propediem factum iri apparebat, a tergo securus totas vires in Insubres, & Subalpinam regionem immitteret, & oppida his in Provinciis a Gallis nuper capta recuperaret.

Sæcul. XVI.
A.C. 1556.

Aliunde sperabat, quod tunc, si intra id tempus cum Pontifice pax iniri non posset, tantisper temporis lucrifaceret, quo militem continuo militiæ labore fessum, & rerum omnium inopia laborantem reficere, munimenta capta firmare, ac rebus suis providere posset. Nec ingratæ Carrassis induciæ fuere, ab omni re imparatis, & in dies Guisii auxiliares copias præstolantibus.

§. XXXVI.

Simulata pacis propositio.

Itaque ad conficiendum pacis negotium Fridericus Fantuccius Sedis Apostolicæ Nuntius a Pontifice, ab Albano auctem Duce Pacecus, qui eidem a secretis erat, ad Philippum Regem ablegabatur; cum vero Fantuccius colloquii cum Duce habiti seriem Pontifici exponeret, facile is exinde animadverterat, quod Hispani firmam pacem inire cunctarentur, cum haud acceptandas proponerent conditiones. Aliunde etiam Pontificis animus ergebatur, eo quod brevi

Pallav. l. 13.
. 10. n. 15.

A.D. Conf. 2 Decemb.

Sæcul. XVI. brevi auxiliares Gallorum copias Guisio
A C. 1556. ductore adventare speraret, quo circa an-
 nimum convertit ad opportune impen-
 dendum induciarum spatum, ac præ-
 primis Cardinalem Caraffam Pontificii
 Legati, sedisque Apostolicæ dignitate
 insignem Venetias, & Bononiam able-
 gagat, idque in Patrum Senatu quarta Ad-
 ventus Dominica, seu eo anno die vige-
 sima Decembris habito Cardinalibus re-
 tulit, hujusque Legationis caussas ex-
 ponens præcipue hæc verba protulit.
*Ideo Caraffam hoc titulo exornatum cu-
 pio, ut ille, qui acturus est de auxiliis A-
 postolicæ Sedi suppeditandis, non privato
 solum Pontificis, sed ejusdem Sedis nomi-
 ne rem agat.*

Hanc agendi rationem Papa ab Al-
 bæ Duce didicisse videtur; hic enim sci-
 te Pauli IV. personam, quam parum æ-
 stimabat, se junxerat a Sede Apostolica,
 quam plurimi habebat (*).

§. XXXVII.

Hæc Continuator ex Pallavicino mutuavit,
 cuius tamen verba hæc sunt: *Hanc agendi ar-
 tem visus est paulus ab adversario didicisse;
 adeoque ubi Prorex aestimationem Pontificis e-
 levare studuerat, illum ab Apostolica Sede se-
 jungens, is Pontificis aestimationem, cum diser-
 ta Sedis Apostolicæ conjunctione, augendam
 curavit.*